

SOVRA UNA NUOVA O RARA SPECIE
DI PIANTA MALPIGHIACEA.

MEMORIA

DEL SIG. PROFESSORE

GAV. GIUSEPPE MORIS

SOCIO ATTUALE

Ricevuta il 13 Novembre 1847.

Fra le Malpighiacee descritte nelle opere degli Autori, od esistenti nelle collezioni che vennemi fatto di consultare, come quelle dell' Erbario del De Candolle e del Museo di Parigi, quelle stesse che fan parte della Monografia dell' egregio Sig. Adriano di Jussieu (Monograph. des Malpigh. Paris 1843-1844), io non ne ho trovato alcuno cui abbia potuto riferire la specie della quale imprendo a trattare. Ella è questa indigena della nuova Granata, d' onde l' infelice nostro Bertero ne dirigeva esemplari al suo e mio Maestro il Professore Balbis di grata memoria. Tali esemplari in numero di due, l' uno in fiore, l' altro in frutto, con annessavi cartuccia sovra la quale leggesi scritto di carattere dello stesso Bertero « *Triopteris, Hiraea? Mompox 1820* », conservansi presso l' erbario che già fu del Balbis, ed or dell' orto botanico di Torino. Da essi ho tolto la descrizione e la tavola che sottopongo al giudizio de' Botanici.

Alla descrizione poi ho aggiunto alcune brevi annotazioni concernenti i caratteri pe' quali o la specie potrà per avventura venir ad essere innalzata al grado di Genere, ovvero si avranno ad ampliare que' del *Tetrapterys*, cui ho intanto creduto doverla rapportare.

TETRAPTERYS ALLOPTERYS.

T. foliis ovatis, brevi acuminatis, basi ad latus nervi dorsalis utrinque glanduliferis, adultis glabratibus; stipulis lanceolatis pere exiguis, ad basim petoli utrinque ramo insertis, deciduis; corymbis plurifloris, axillaribus terminalibusque; pedunculis, ad medietatem infrave, tenuissime 1-2-bracteolatis; calicibus 8-glanduliferis; petalis staminibusque glabris; Samarae oblongae, glabratae alis lateralibus utrinque tribus quinque (raro hinc binis), transversimi obliqueve insertis, ligulaeformibus, subaequalibus, regulari serie ab ala dorsali aequidistantibus camde meque superantibus.

DESCRIPTIO

Rami teretes, flexiles, inferne glabratib, superne pilosi, juniores virentes, adulti fusco-rubentes.

Folia petiolata, opposita, membranacea, ovata ovato-elliptica, nonnulla ad basim obliqua, unciam unciam et semis et paullo ultra lata, sesquicentrum uncias tres longa, juniora ad utramque paginam marginesque pilosa, adulta fere omnino glabrata, floralia, saltem suprema, caeteris minor, omnia marginem integerrima, apice attenuata, breviter acuminata acutaque, ima basi paginae inferioris, ad latus utrumque nervi medi, glandula una alterave subrotunda, sessili praedita, nervo medio subtus prominente, lateralibus primariis prominulis, ascendentibus, subparallelis, ad folii marginem non pertingentibus, at paullo infra marginem arcuatim confluentibus, mox in minores, etiam confluentes, ad marginem usque divisis. Petioli lineam unam-quatuor ad maximum longi, pilis rufescensibus primum obsiti, mox fere glabri, superne canaliculati, nonnullique verrucula aut glandula una alterave prominula medietatem versus instructi. Stipulae utrinque ad imam petiolorum basim ramo, nec petiolo, insertae, liberae, triangulo-lanceolatae lanceolatae,

acutae, perexiguae, paullo ultra dimidiam lineam fere lineam longae, deciduae.

Ramuli floriferi ad superiorum foliorum axillas et terminales. Flores juxta superiorem partem cuiusque ramuli floriferi pedunculati, racemum praebentes corymbosum aut corymbum simplicem, longitudine folia floralia inferiora aequantem iisdem ve breviorem, floralia superiora nunc aequantem, nunc duplo ultrave superantem. Pedunculi ad bractearum axillas solitarii, bracteolis saepe binis, oppositis alternis, mediatatem versus aut infra, stipatis, in pedicellum uniflorum abeunt. Pedicelli nudi, pedunculis quibuscum articulantur triplo sextuplo longiores, apice nonnihil incrassati.

Bracteas bracteolaque valde exiguae, triangulo-lanceolatae, lanceolataeve, acutae.

Calix quinquefidus, lacinii ovatis, acutiusculis obtusisve, altera (extima) eglandulifera, reliquis quatuor glanduliferis, glandulis ovalibus, majusculis, basim dorsalis laciniae faciei, ipsamque faciem dorsalem, pleraque parte, utrinque, occupantibus.

Petala quinque, hypogyna, albida (ex sicco) aut ochroleuca, glabra, calicis lacinii alterna, iisdemque duplo ultrave longiora, tenuiter unguiculata, limbo ovali obovatoe, facie nonnihil concavo, margine integro obiterve dentata.

Stamina decem, alterna petalis opposita caeteris vix breviora, omnia fertilia calicemque vix superantia: Filamenta glabra, inferne dilatata imaque basi in annulum hypogynum invicem coalita: Antherae introrsae, cordato-ovales, biloculares, incumbentes, flavescentes, glabrae, juxta longitudinem cito dehiscentes; Connectivum dorsale, flavo-rufum, crassiusculum, apice antherarum loculos superans.

Ovarium ex ovellis tribus hirsutissimis, angulo centrali inter se coalitis, interna inferiori facie receptaculo triquetronico affixis. Styli tres, inter ovella exserti, rigiduli, liberi, glabri, staminibus paullo longiores, apice oblique subtruncati; stigmate laterali, flavidio.

Fructus e samaris tribus subindeve, abortu, paucioribus. Samarae coriaceo-membranaceae, triquetro-compressae, oblongae, rufulæ, nunc omnino glabratæ, nunc pilis vix ullis sparsis obsitæ, medio dorso in alam longitudinalem unicam, simplicem, latere utroque in alas; seu processus alaeformes, plures abeuntes; alae subcoriaceæ, venosæ, rufulæ, nitentes; dorsalis seu longitudinalis oblonga, margine integra obiterne undulato-crenulata; laterales numero saepe utrinque quatuor, subindeve in altero ex lateribus tres, perraro, et quidem in unica ex mihi spectatis samaris, duæ, in altero latere quatuor quinque (Samarae in utroque latere bialatae, nullæ se mihi præbuerent), transversim aut oblique insertæ, ab ala dorsali aequidistantes, uniseriatæ, nunc patentes invicemque fere parallelae, nunc superiores et inferiores præsertim ab intermediis divergentes, singulæ lineares aut linearis-spathulatae, apice crenato-denticulatae integrae, alam dorsalem superantes, invicem pariterque ad basin saepe divisæ longitudineque subæquales etiamque latitudine, nisi duæ, quod rarum, in unicum coalescant.

Semen oblongum, brevi acuminatum, glabrum, funiculo brevi, infra apicem, oblique appensum: ejus integumenta membranacea; extimum (testa) rufescens; intimum (endopleura) tenuissimum, aegre ab extimo sejungendum. Cotyledones crassæ, inter se fere aequales, basi non biauriculatae, in aliis seminibus prorsus rectæ, in aliis summo apice non-nihil inflexæ. Radicula recta, supera, brevissima cum cotyledonibus sensim continua.

Plantæ pili malpighiaci.

Frutex aut arbuscula.

Hab. in nova Granata, circa Mompx. Bertero!

ICONIS EXPLICATIO.


1. Ramus florifer: naturali magnitudine.
2. Ramulus axillaris, florifer (auctus); Stipulis infra petiolorum basim ramo insertis.

3. Ramus fructifer: naturali magnitudine.
4. Pedunculus, ad bracteae axillam, bracteolatus, florifer: valde auctus, perinde ac sequentia.
5. Flos.
6. Stamina; filamentis basi in annulum coalitis.
7. 8. 9. Stamina a facie postica, latere, et a facie antica.
10. Connectivum dorsale antherarum loculos superans.
11. Ovarium hirsutissimum et Styli.
12. Diagramma floris.
13. Pedunculus fructifer.
14. 15. 16. Samarae alarum lateralium numero variae.
17. Samara, detracta altera pericarpii parte, ut semen, funiculo brevi, infra apicem appensum adspiciatur.
18. Fructus sectio transversa.
19. Receptaculum floris calice et staminum filamentis stipatum.
20. Semen.
21. Embryo cum altera ex cotyledonibus.
22. Cotyledones et embryo.
23. Fragmentum folii, glandulis, ima basi, ad latus utrumque nervi dorsalis.
24. Pilus malpighiaceus.

OBSERVATIO.

Malpighiacea stirps descripta accedit ad *Tetrapterydem* Adr. Juss. *Monogr. et ENDLICH. Gen.* magis quam ad aliud genus *pleuropterygium*, ita tamen ut discrimina quaedam adnotanda sint.

A *Tetrapterydis* nempe sectione 1^a seu *Tetrapteryde genuina* Adr. Juss. *Mon. Malpigh.* a. p. 265. quacum habitu et inflorescentia congruit, differt carpellorum ala dorsali majuscula, cotyledonibus basi neutiquam biauriculatis. Cum ejusdem generis sectione 2^a seu *Pentapteryde* Adr. Juss. I. c. p. 291, consentit ala carpellorum dorsali vera, etsi laterales non superante, praeterea cotyledonum forma; at recedit ramulis



Fogland del.

Tetrapterys Alliopterys

Bonni inv.

floriferis hand contractis, et inflorescentia hand subsessili: ab utraque autem generis sectione differt alis lateralibus non quatuor at pluribus, regulari serie ab ala dorsali aequidistantibus, non inferioribus quam superioribus cristae aut alae dorsali proprius insertis (vid. Adr. Juss. *Mon. Malpigh.* 2. p. 264.). Num idcirco stirps nostra ad eas aequiparanda penes quas, quemadmodum in *Tetrapteryde buxifolia* Cav., *paludosa* et *longibracteata* Adr. Juss. *Monogr.* cit. p. 285. 286. 287., Samarae, praeter quatuor alas primarias, appendicibus processibusve alaribus aut alis secundariis sunt praeditae? Sed enim allatis in speciebus, sive cristae, sive appendices alares, sive alae secundariae, vel interjectae deprehenduntur cristam inter dorsalem et alas laterales veras, vel tenuitatem, formam, longitudine aut structurae inde ab aliis primariis discrepant: in nostra autem samararum alae laterales omnes quacumque ratione spectentur, quo cum nomine appellantur, parem inter se et cum ala dorsali textus formam praebent, a nervis lateralibus folii carpellaris pariter procedentes, eamdem referunt insertionis rationem, eamdem faciem caeteraque, sic ut aliae aliis accessoriae vel secundariae haberi nequeant. Quare ut optimo jure *Allopterys* nostra *Tetrapterydi* generi accensetur erunt ne ejusdem *Tetrapterydis* characteres generici, quod praesertim spectat ad alas carpellarum laterales, amplificandi? seu potius erit ne *Allopterys* ipsa genus per se, traditis characteribus a *Tetrapteryde* satis diversum? Equidem quibus datum fuerit processuum alarium alarumque lateralium modum, insertionem atque numerum in plurimum *Tetrapterydum* samaris spectare, et cum illis *Allopterydis* nostrae conferre, iis judicium relinquo. Interea stirpem cuius praecipuas notas depromsi e paucis unici fructiferi speciminis carpellis, ad *Tetrapterydem*, donec plura innotescant, referendam esse putavi.